

des heiligen Reichs Ordnung/von der Obrigkeit und Amts wegen/endlich an ihrem Leibe oder Gliedern gestrafft werden sollte / also / daß dieselbige Straffe nicht zum Tode / oder ewiger Gefängniß fürgenommen würde: Mit Erkantniß solcher Straffe / soll es sonderlich auch gehalten werden/ als im 196. Articul ansehend/ Item/ so eine Person/ ic. angezeigt/ erfunden wird.

AD ARTIC X.

ARGUMENTUM.

Quando Reus & inquisitus per plenas probationes de delicto est convictus, ita, ut in corpore, vel membris corporis quidem puniri, non tamen ad pœnam mortis, vel etiam perpetui carceris condemnari possit: tunc in decernendis illis pœnis, sive mutilationem membri, sive fustigationem concernant, illud à Magistratu observari debet, quod infra art. 169. constitutum est, ubi etiam illud exponetur.

EXEGESIS.

Circa hunc articulum duo possunt observari. (1) *Quod in quibusdam casibus carceres hodiè possint esse locò pœnæ; Equidem carceres propriè non ad pœnam, sed tantùm ad custodiam haberi debent, l. 8. §. 9. ff. de Pœnis. Indè etiam reus non in horrido & squalido, sed luminoso interdium continentus est loco l. 1. C. de custod. reor. hodiè tamen tum legibus, tum quoque consuetudine receptum, ut interdum delinquentes puniantur carcere. Infra art. 157. & 216. Vide Carpz. part. 3. qv. 111. num. 64. p. 101. Pract. Crim. Et qv. 130. n. 8. 9. pag. 251.* (2) *Quod pœna mortis & pœna perpetui carceris inter se æquiparentur. verb. Daß die Straffe nicht zum Tode oder ewigen Gefängniß. Hinc docent Jcti: Carcer perpetuus est servitus, & æquiparatur morti: quoniam Servitus morti assimilatur. l. 59. in fin. ff. de Cond. & demonst. Et ideo perpetui carceris pœna de jure civili est prohibita, l. 35. ff. de Pœn. cùm Servitus libero homini imponi nequeat. Aretin. ad §. pen. Instit de Jure Person. Menoch. lib. 1. qv. 89. n. 4. de A. I. Q. p. 137. Inde etiam pœna perpetui carceris habetur pro pœna capitali, seu ultimo supplicio. Farinac. lib. 1. Oper. Crim. tit. 3. qv. 19. n. 31. p. 271. Imò secundum jus civile sententia lata de perpetuo carcere est nullo ipsò jure. Bald. ad l. 6. C. de Pœnis. Vide Menoch. d. l. Carpz. part. 3. qv. 130. num. 57. p. 100. Pract. Crim. Cui sententiæ adstipulantur Zasius ad Tit. de Jurisd. n. 3. Speckhahn. Cent. 1. p. 105. qv. 20.*

De Jure Canonico tamen, & consuetudine aliud est statuendum. Textus est expressus in c. 27. in fin. Ext de V. S. Ut falsarium in perpetuum carce-